



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

164. fer. 4. Quomodo orandus Devs, ut nos illuminet ex toto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

Ascens.
bia, qua
involvit,
tendum
ac, ut nu
rana sint,
urrimus
dulenta,
peciebo
llum, ad
quām ut
luce suā
, utimur
ita, quā
ationem
inconsi
more o
i satana
fugian
is subito
perdam,
utimur
nta, qua
t ab hu
issit, nisi
opugna
res, tor
mada.
et

Feria 4. Dom. infr. Oct. Ascens. 287

sti. Verūm, si fortis est, qui in nos irruit, for
tior est, qui nos defendit. Et si violentē
trahimur ad consensum peccati, potentis
simē ad sustinendum sensum, & negandum
consensum adjuvamur.

7. Intelligenda est tentatio occulta, quæ
ita latenter ingreditur, ut in rebus agendis,
vel vitandis, quæ magnam diligentiam po
scunt, magnam negligentiam inducat: Hæc
rem optimam, & magni momenti indiscus
sam relinquit, ut cursim & festinanter cum
magnis imperfectionibus executioni man
detur; & in hoc genere rogandus Dominus
lucis, ut nos liberet à negotio perambulante
in tenebris, addam Orationem Dominicam,

MEDITATIO CLXIV.

Feria 4. Dom. infra Octav. Ascens.

*Quomodo orandus DEVS, ut nos
illuminet ex toto.*

Colloabo me inter Dominationes, ter
renorum contemptores, & totā inten
tione inclinatos ad summum bonum; ad
Coloss. i. Petam, quomodo orandum, ut
illuminer ex toto.

*Conf. 1. Quomodo me habere debeam
erga meipsum. 2. Claram cognitionem de
bere me habere imperfectionum mearum,
& sanitatis Dei, ideoque detestari propriam
vilita-*

288 Feria 4^o Dom infra Oct. Ascens.
vilitatem, & optare sanctificari DEVM.

2. Indignationem contra vitia regno vir-
tutum repugnantia. 3. Fervorem ad sollicité
in bona intendendum. 4. Spiritum oratio-
nis. 5. Detestationum omnium peccato-
rum, & timorem, quo formidem, an satisfe-
cerim pro eis. 6. Circumspectionem ne in
peccatum cadam, & rigorem erga corpus
ut spiritui subjiciatur, & fortitudinem ad
vincendas tentaciones. 7. Discretionem, ut
in omnibus agendis mēsura servetur, & cau-
tionem ad fugiendas occasiones labendi;
juxta quæ ordinabo Orationem Dominicā.

Conf. 2. Quomodo me habere debam
erga proximum. 1. Habere debo affectum
reverentiae, 2. Affectum congratulationis
in nobis. 3 Affectum concordiae. 4. Affectu
oblationis, ut pro ipso orem, & mea opera
offeram. 5. Affectum supplicationis, quâ
eius molestias sustineam. 6. Affectum com-
passionis in adversis. 7. Affectum affilia-
tis, juxta quæ ordinabo Orationem Domi-
nicam.

Conf. 3. Quomodo me habere debeam
erga Deum. 1. Ut habeam amorem perfe-
ctissimum. 2. Gratitudinem verissimam.
3. Obedientiam promptissimam. 4. Gu-
stum suavissimum Dei. 5. Zelum ardens.
6. Honorem profundissimum. 1.
Timo-

Feria s. Dom. infra Oct. Ascens. 289

Timorem castissimum, juxta quæ ordinabo
Orationem Dominicam.

MEDITATIO CLXV.

Feria s. Domin. infra Oct. Ascens.

Quomodo orandus DEVS, ut
nos sibi uniat.

C Ollocabo me inter Thronos, abstractos
affectu à creatis omnibus, addictos vo-
luntati Dei, & subordinationi, ad Coloss. I.
Petam, quomodo orandum, ut DEVS nos
sibi uniat.

Conf Septem gradus infimos amoris di-
vini 1. Diligere Dominum amore intempo-
rali, quo omnia peccata odio habeam, o-
mnem imperfectionem fugiam, & DEVM
bonum meum omnibus præferam.

2. Diligere Deum amore inseparabili, ut
velim eum semper præsentem habere, cogi-
tatione, & affectu, donec in regno suo mihi
plenè benedicat.

2. Diligere Deum amore infatigabili,
quo nunquam cessem à contemplatione per-
fectionum Dei, & desiderio perfecti amoris
illius, & studio bonorum operum, donec
illum inveniam, & in æternitate appre-
hendam.

4. Diligere Deum amore dulci, quo ani-
mæ Deus dulcescit, ad eum modum, quo

N amel